

330. D. Aug. Junilius.

In laboribus ac calamitatibus pro Deo datur dulcedo beatitudinis amula.

D. Aug.

431. Psalm. 67.

Eph. 4.

Cajetan.

Felicitas beatitudinis explicatur per dulcedinem laborum quo iusti sustinent in hac vita.

Octavo, ut modo dixi ex Richardo, & apostolice advertunt & docent D. Aug. lib. 4. de Genesi ad lit. & Junilius quaest. Genes. dum praefata verba expendunt, sic inquirunt, Maxima, & unica est sanctis requies in caelo; Laudem summae Trinitatis, quae Deus est, indefessa voce dicere, Ecce perspicua est mens Sanctorum Patrum in hac re, quo posito maxime addubito, cur Joannes non ait, Requiem habebant die ac nocte &c. Sed cur appositum verbum assumit requiem non habent? In hoc trifragio decantando summam requiem habent, cur Joannes e contrario ait, requiem non habebant? Cur simplici verbo non utitur, Requiem habebant? De sensu literali jam dixi; moraliter sic explico. Non potuit aptius, ac melius explicari summa felicitas, ac requies Beatorum, nisi ex assumpta similitudine voluptatis qua fruuntur sancti viri in laboribus ac calamitatibus, quas pro Deo sustinent, in quibus miram, & suavem dulcedinem libant amore patiendi; cum ergo Joannes iustis, ac sanctis Ecclesiae scriberet, qui totam suam oblectationem, ac jucunditatem habebant, quod pro Dei obsequio ac gloria, & laude non quiescerent ac cessarent, inde Joannes talem analogiam assumit, ut supremam illam felicitatem ac sanctorum quietem explicaret. Sententia est D. Aug. loco cit. Maxima, ait, sanctus est requies in caelo, quae lenè explicatur à Joanne dicente, Requiem non habebant die ac nocte, nempe summas patienter laborantium delicias exprimens, & exaggerans. Ut declaret delicias caelestes, exprimit, & exaggerat illas, quas hauriunt laborantes pro Deo.

Decantat Regius Vates Psalm. 67. n. 19. Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Quod Paulus de Christo D. intelligit ad Ephes. 4. n. 8. Sed maxime inquirendum est quatenus sit haec captivitas, quam Christus triumphator ascendens secum duxit captivam? Ad citatum locum Pauli sic rem explicat Cajetan. Ascendens Christus in altum, hoc est in caelum, captivam duxit captivitatem, pro quanto sanctus omnes, qui captivi erant in limbo duxit in caelum, quod est tanquam de captivitate in captivitatem ducere. Valde mirum est assertum: egrediuntur de limbo magni illi Patres, sanctitatis proceres Joannes Baptista nullus major inter natos mulierum, Abrahamus Pater fidei nostrae; Iosephus totius castitatis exemplar, & evolant ad aeternam beatitudinem, ut pro suis meritis laeas recipiant & tamen dicuntur trahi in captivitatem, Duxit in caelum, quod est tanquam de captivitate in captivitatem ducere. Nunquid suprema beatitudo captivitas est? captivitas summa infelicitas, miseriarum omnium compendium: Beatitudo summa felicitas, omnium bonorum epilogus; quomodo ergo dum sancti in beatitudinem transferantur dicuntur duoi in captivitatem Aprissima sane fuit metaphora ad exaggerandam iustorum summam beatitudinem ac illius jucunditatem. Scribebat Apostolus vinculus in Domino; ut ipse ait ibi in exordio Capituli suis discipulis, qui in vinculis, carcere ac captivitate pro Christo tenebantur, inde eis proponit beatitudinem sub ratione captivitatis, ut ex ipsa jucunditate ac oblectatione, quam in suis vinculis ac captivitate degustabant, inde inferrent illam supremam delectationem, ac torrentem voluptatis iustorum in

gloria, in qua illa summa bonitas libertatem assumit, & felici quadam necessitate captivar, Deoque ligat, ut necessariis Deum videat, ipsi quoque amet; Inde ut Doctor Gentium exprimat supremam jucunditatem beatitudinis, proponit similitudinem illius, quod iustis in hoc mundo est summè jucundum.

Exhortans Paulus Corinthios ad sufferendos labores hujus vitae, & ad assequendum praemium aeternae felicitatis, ait eis 2. Corinth. 4. vers. 17. Quod in praesenti momentaneum & leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus peratur in nobis. Ecce Apostolus tribulationes hujus vitae appellat quid leve & momentaneum gloriae verò beatitudinis dicit aeternum pondus. Seu ut legit Syriacus; infinitum gloriae pondus. Magister sententiarum ibidem, Immensum gloriae pondus. Valde mirum quod Apostolus summam gloriae felicitatem per pondus explicet; pondus enim ut est vulgare apud Prophetas, & nobis attestatur Job. 31. n. 23. significat miseriarum multitudinem, quas ille patiebatur. Sic enim cum Deo alloquitur: Pondus ejus ferre non potui. Quomodo ergo summa felicitas, per pondus miseriarum cumulus denotatur? Cajetan explicans locum ait; Metaphorè verò ponderis coactus est Apostolus uti Hoc assertum non enodat locum sed auget difficultatem. Cur Apostolus tali metaphora ponderis cogitur exprimere magnitudinem gloriae, cum per pondus humanae calamitates exaggerantur Scribebat Apostolus suis discipulis, & explicat ejus superabundantem suavitatem gloriae per id, quod eis va de familiare, ac per hoc quod per experientiam agnoscebant esse maxime suave, & jucundum in hoc mundo; & quia nihil illis erat delectabilius, quam pro Christo laborum pondus sustinere; inde metaphorè à ponderis coactus est Apostolus uti ad exprimendam voluptatem ac dulcedinem gloriae, ut ex illa delectabilitate ac jucunditate, quam in laboribus pro Christo percipiebant, deprehenderent dulcedinem Beatorum, & ideo tali metaphorè ut valde familiari iustis utitur Apostolus, ad gloriae amplitudinem declarandam.

QUESTIO XXXVII.

Quare nil aliud cantant sancta animalia nisi hoc trifragium, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens? Et de aliis excellentius divinis nullam faciunt mentionem?

In limine quaestiones explicanda est, vera ac legitima significatio hujus vocis, Sanctus. Circa quam doctè observant Ianfenius cap. 4. suae concordiae Evangel. & Cornelius hic, quod pro Latina voce Sanctus; vox Hebraea ei respondens, Cados dicitur: & proprie significat id quod ob suam puritatem à rebus prophanis, ac aliquam immunditiam involventibus separatum est; proindeque Cados idem est, ac omnino purus, & incontaminatus.

Sanctus, secundum radicem Graecam idem valet, ut ex Origene notar Beda, ac sine terra,

332. 1. Cor. 4.

Syriacus. Magister.

Job. 31.

Cajetan.

Ex laborum experientia agnoscitur celsitudo beatitudinis.

333. Ianfen. Cornel. Sanctus quid significet.

333. Origena. seu Beda.

335.

336.

Deus solus sanctus per essentiam.

337.

Adoratur, & colitur mysterium Trinitatis.

Felix Papa.

S. Damiana.

S. Ambr.

D. August.

S. Nazianz.

338.

Conc. II.

Constant.

339.

Deus lau-

D. Aug.

340.

341.

seu extra terram; melius tamen alii derivationem deducunt à verbo nempe colo, veneror, ac si significet id quod ob ejus multam virtutem summè colendum ac venerandum sit.

Tertio, Hebraea ac Graeca voci aptè responderet Latinum nomen Sanctus, quod derivatur à verbo sancire; sancire autem proprie loquendo est sanguine victimae aliquid firmare ac stabilire, quo effuso sanguine veteres olim sua foedera ac pacta firmabant; & quod ita firmatum erat, violare magnum nefas ac grande piaculum era t, proindeque sanctum vocari ceptum est, quod est omnino inviolatum, incontaminatum ac incorruptum, quae significatio optime cohaeret, cum voce Hebraea ac Graeca supra exposita, quod scilicet illud dicitur sanctum, quod est omnino purum, integrum & incontaminatum.

Cum ergo illa animalia Dei laudes resonant & intonant, Deum simpliciter & absolute Sanctum appellant, parum, in egrum, incontaminatum sine ulla labe ac inquinamento; & taliter dicunt Deum Sanctum, quia ipse solus sanctus est per suam substantiam ac naturam, nam omnes aliae creaturae sunt sanctae per participationem ac gratiam accidentalem infusam.

Et in hoc suo Cantico celebrant animalia sanctissima Trinitatem, & ideo ter dicunt Sanctus, ut designent tres divinas Personas, & semel subjungitur Dominus Deus omnipotens, ut ostendatur una, eademque divina natura ac substantia indivisa in his tribus Personis. Ita Felix Papa Epistola 4. Sanct. Epiph. in Ancorato: S. Damasc. in Epistola de Trifragio: D. Ambros. lib. 3. de Spiritu sancto c. 12. Nazianz erat de Pascha. D. August. lib. de Fide ad Petrum cap. 1. & communiter omnes Interpretes hic, Primus Richard. de S. Victore, Ansberr. Albertus Magn. & alii.

Idem etiam docet Concilium Chalcedonense, & Constantinopolitanum secundum, quod fuit quintum Generale, haec de causa celebratum contra Petrum G. apheum, qui Trifragio addebat, qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis, pro Trinitate volebat inducere quaternitatem ponebat enim duos filios, unum immortalem, alterum mortalem & crucifixum, quod ut haeticum damnatur sacra Concilia.

Secundò, Haec animalia erant Spiritus Angelici, & adumbrabant sacros Evangelistas, quomodo ergo de se, rebisque divinis nihil dicunt, sed tantum in Dei laudibus occupantur; Non inquirunt, non discutiunt divina mysteria, sed tantummodo illud sanctum trifragium intonant; sane ut eos arguant, qui divina curiosè discutere ac penetrare volunt, cum sine discussione perpetuò in Dei laudibus debeamus versari. Docet D. Ambrosius lib. 2. de Spiritu sancto cap. 22. Seraphim indefessis vocibus laudant, & in discursu, quid utique cum faciente, ostendunt nobis non aliquando dissentendum Deum, sed semper laudandum. Hinc Regius Vates Psalm. 148. num. 1. Laudate Dominum de caelis, laudate eum in excelsis, laudate eum omnes Angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus. Non dicit cognoscite, explore, investigate, sed laudate, laudate, quo maxime animus noster invocandus est ad Dei laudem, & ut etiam se abstineat à curiosa illius speculatione. Pulchre Sylvester in Apocalypsim. Tom. I.

D. Chryl. hom. 14. in Joan. Si eos, ait, Angelos percontaberis, nihil ab eis de Dei substantia audis, sed tantum referentes, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bone voluntatis. Si Seraphim, & Cherubim, sanctificationis laudes audies, plenum esse caelum, & terram gloriae ejus; si supernas virtutes, tibi respondebunt, sibi unum opus esse, ut Deum laudent.

Tertio, solum decantant, Sanctus, Sanctus, & non dicunt, sanctus omnipotens omnium creator: sed solum de sanctitate Deum laudant recognoscetes Deum esse abyssum sanctitatis, ex qua tam homines, quam Angeli omnem sanctitatem participant: & ideo toties repetunt Deum sanctum dicentes potius quam semel creatorem vel omnipotentem, maxime beneficium sanctitatis gratulantes, cum hoc sit majus & excellentius ipsa creatione; nam ut notavit D. Cyr. Al. lib. 4. de Adorat. Natura facit filios hominum, gratia verò filios Dei, Dedit eis potentiam filios Dei fieri. Joan. 1. n. 12. Multa, & magna dona pollicetur Regius Vates Psalm. 110. quod ipse Dominus videbitur in gloria sua, & tamen n. 19. ait: Scribantur haec in generatione altera. Et cur tot ac tanta dona non sunt scribenda ut possidenda in generatione hac? Duplex est generatio, una & prima naturae, altera & secunda gratiae, & tam excellentia dona non pertinent ad primam generationem; sed ad alteram, quae est gratiae & sanctitatis, in qua reposita sunt omnium felicitates, D. Chryl. sem. 126. Scribitur haec, ait, in generatione altera. Altera haec est generatio quatuordecimum Dominum.

Quartò, semper in ore eorum sanctitas sonat, nec alio modo canunt sancta animalia; nonne aures tam irrequieto ejusdem vocis sono fatigarentur, & toties repetita cantilena in fastidium abiret? Insonet semel omnipotens, misericors semel: cur alto sopore subiceretur sapientia, infinitas, aeternitas, immensitas, fortitudo? Omnia quidem elogia sanctitatis cedunt praerogatio. Nihil elatius Dei prodit naturam, quam sanctitas; praedicare sanctum est nuntiare Deum, caetera attributa, quasi linea ad hoc centrum tendunt. Pulchre Divus Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto cap. 18. Hoc cum dicunt, ait, Deum praedicant. Nos quoque nihil pretiosius invenimus, quo Deum praedicare possimus, nisi ut sanctum appellemus. Quodlibet aliud inferius Deo, inferius est Domino. Ergo hinc quoque considerate, Virum aliquid Sancto Spiritus derogandum sit, cuius nomen Dei laus est. Sic enim laudatur Pater, sic laudatur Filius, quoniam a modum Spiritus nominatur, & laudatur. Praeclare S. Doctor considerat quod alta sapientia Dei ordinatum est, ut Divinus Spiritus dicatur sanctus, ut sanctitas cum sit primatum Dei elogium, ejus divinitatem declaret, evulget ac manifestet.

Decantat Ecclesia in precibus ad Primam: Sancte Deus, sancte fortis, sancte & immortalis. Nonne sat erat dicere, Deus fortis, immortalis, ad quid semper additur nomen Sanctus, ac si ipsamet Deitas, ejusque attributa non satis exprimeretur nisi adjuncta sanctitate? sanctitatis enim est suprema excellentia, quae totam divinam majestatem declarat; & manifestabat. D. Dionys. Areopag. lib. de Divinis nominibus, cap. 12. Divinam sanctitatem appellat excellentiam cuncti excellentem

340.

Omnis sanctitas participatur à Deo.

Majus est donum gratiae, & sanctitatis, quato creationis.

D. Cyrill. Joan. 1.

Psalm. 101.

D. Chryl.

341.

Sanctitas in Deo maxime declaratur excellentiam.

341. Ecclesia.

Dionys.

Deus

Deus ait. per excellentiam cuncta excellentem, Sanctus Sanctorum praeclarus.

343.

Marc. 1.

Bostrenf.

Victor.

Antioch.

Euthym.

Theoph.

D. Cyril.

Sanctus su-

premius Dei

nomen.

Luc. 4.

Greg.

Nomen san-

ctum non ni-

si a mundo

esse pronun-

ciandum.

Tertull.

Cum homo obsessus a Demone presentaretur Iesu, spiritus immundus in homine exclamavit dicens: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, visisti perdere nos? Scio quis sis, Sanctus Dei. Marc. 1. n. 24. Cur Dæmon dicit potius sanctum, quam omnipotentem, Dominum æternum? Respondet Titus Bostrenf. in c. 4. Luc. Hoc nimirum ait, scitote quia si Sanctus Dei, Spiritus nequam ai. b. u. quia forte sperabat, ut per huiusmodi adulatoria blattimenta, aliquid inanis gloria desiderium in eius peccatore excitaret, ea quo ratione effi. erit, ne vi. se, vel sui ordinis alios increparet. Ita Victor. Antioch. Euthym. Theophyl. & alii. Cum Diabolus veller Christum Dominum sibi reddere benevolam, ne foras ab obfesso corpore expelleretur, præfationem maxime honorificam, adulantium more excogitavit, nec aliam honorificentioram, quam sancti appellationem invenit; quam sententiam etiam docet noster D. Cyrillus. Alex. in Catena antea D. Thomæ in Lucam. Pataverunt Dæmones, inquit, quod per huiusmodi laudem, facerent ipsum inanis gloria amatorem, ut abstineret eorum contrarietate, ut ipse pro gratia gratiam recompensans. Quasi sit tanti esse sanctum esse, ut si per impossibile in Deum posset cadere iactantia inanis gloria de sola excellentia sanctitatis eveniret: & inde Diabolus Christum sanctum dicit, existimans quod tanto nomine eum posset allicere, ne expelleretur a corpore, & felicitate iniquitas sua; nam Deus nulla vana laudatione moveri potest. Inde Christus Dominus increpavit illum dicens: obmutescere. Luc. 4. n. 35. Sicut potestate Dominus tanquam frater in ore inje. cto, ei silentium indixit; quod bene deducitur ex textu Græco, nam pro increpavit, habet obtinuit; non enim passus est Dominus, ut super eum nomen sanctum, quod Seraphi in supremo ordine constiterunt dicunt & cantant, os immanium D. boli pronuntiaret, in eoque haberetur. Favet Tertull. l. 4. contra Marc. c. 4. Illud erat, ait, præconium immundi spiritus, ut resuere, cui sancti abundant. Ac si diceret ad Deum spectabat illas immanium spirituum laudes rejicere, quas illi dabant mundi ac sancti Spiritus.

Apoc. 4. n. 9. Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum viventi in sæcula sæculorum.

VERSIONES.

Syrus. Et quando dabant acceptio-nem gratiæ ei, qui sedet in throno, & qui vivit in sæcula. Primasus. Et cum dederant illi animalia claritatem, & honorem, & gratiam. Tygur. Arias. Et cum dederint gloriam, & honorem, & gratiarum actionem.

EXPOSITIO IX.

Et cum darent illa animalia, quatuor nempe Evangelistæ, qui tribus Deum proferebant, & elogis, gloriam, nempe quæ ex Divo Ambrosio juxta D. Thom. D. Ambr. D. Thom. 1. 2. quæst. 2. ait est clara noticia cum laude alicujus, publicabantque gloriosam Divinam majestatem, nomenque illius magnificentem, & eminentemque supream illius est mentionem transcendentem omnia; ipse solus sit magnus, sapiens, bonus. Honorem qui juxta D. Thomam est testimonium excellentiæ alicujus, quod dabant publicantes omne obsequium honorificum, reverentiam ac subjectionem ei esse debitam, ut supremo bono ac omnium Domino. Et benedictionem, seu gratiarum actionem, ob tot ac tanta dona suis creaturis data.

Secundum super thronum, tanquam universorum Regi, cui omnes obsequium, & famulatum dare tenentur. Viventi in sæcula sæculorum Cujus regnum nullo fine terminabitur, & a quo ut a perenni vitæ fonte omnia habent, ut vivant tam per vitam naturalem, quam supernaturalem, per gratiam & gloriam.

QUESTIO XXXVIII.

Quare cum nulla creatura non possit aliquid dare Deo, nec ipse alicui ab aliquo accipere, tamen animalia dabant gloriam, & honorem sedenti super thronum.

Dicitur in Textu quod animalia dabant gloriam, & honorem ac benedictionem sedenti super thronum. Deus cunctis omnia bona largitur: quis ergo aliquid Deo potest dare & a quonam ipse potest aliquid accipere, cum sine eius virtute non valeat homo aliquid edere? ipse ait J. n. 15. Sine me nihil potest fieri. Si ergo iusti ac beati sine Deo nihil valent efficere, & nihil in se habent, quod ab eo non acceperint, quomodo nunc ait Joannes, quod animalia sacri nempe Evangelistæ dabant Deo gloriam & honorem, &c. Hæc est infinita Dei bonitas, quod ipse dat nobis virtutem, ut per illam mereamur, & ab eo habeamus æternam præmia. D. Ambros. Quia hominum talis est natura, ut nihil boni a se ipsis habere possint, nisi a Deo id accipiant, qui est summus bonus; & fons bonorum omnium, idcirco Deus dat id sanctis, ob quod ipse eos remunerare posset; regnum namque eorum Deus promissis sanctis ea conditione, ut precium honorum operum pro eo dent; quoniam autem hoc pretium sancti non habent, nisi a Deo accipiant, ipse dat eis hoc pretium, ut eo possint vitam æternam vivere.

Secundò. Item D. Ambros. Dant, ait, animalia honorem Deo cum in omnibus quæ agunt, honorem Deo inna autem suam quarunt, & quia sancti cum magna, & miris faciunt, benedicuntur ab omnibus, omnem huiusmodi benedictionem hominum referunt ipsi ad Deum. Erant animalia in eminentissimo loco; in circuitu, &

in medio throni, in eo quod Deo decantabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat: inde ostendebant se habere præclarissimam cognitionem ac notitiam Dei, ipsius nempe mysterii Trinitatis, sanctitatis omnipotentia æternitati, ne quis sibi persuaderet, quod ob tale Canticum ac ob talem notitiam aliquid laudis ipsi animalibus esset dandum, inde ipsi omnem gloriam ac honorem dant Deo, ostendentes quod non suum, sed Dei honorem quærebant. Sic prosequitur citat. Ambr. Ostendunt quomodo sancti pro bonis operibus & virtutibus resurgunt laudem, & honorem ab omnibus accipere, sed omnia Deo auctori tribuunt. Tertio, Richard. de Sanct. Victore. Sancta animalia sedenti super thronum gloriam, & honorem, & benedictionem dant, quia ipsum solum singulariter glorificandum, honorandum, & benedicendum prædicant: & ipso singulariter, & excellenter gloriam, & honorem & benedictionem consistere, & ab ipso in subjectam creaturam descendere pronuntiant. Dant gloriam Deo animalia, non quia eam habeant, ex se, sed suo præconio fatentur omnem gloriam, & honorem debitum esse Deo, & inde omnem gloriam, & honorem ab ipso in præcones suarum laudum descendere, honor ac gloria, qui a nobis datur Deo, in nos inde derivatur.

Ile vero Deum honorat, qui non suum, sed Dei quærit honorem.

348. Ricard.

Honor & gloria, quam Deo exhibemus, in nos descendit.

349. Anbertus.

Concor multorum laudatio in Deum valde placibilis & efficac.

350. D. Chr.

Et d. 15. Gratio multorum laudatio, quam vivimus.

est unanimes chorus convenientium in divina laude, animalium victimæ non sunt amplius exoptanda. Rupertus ad citat. locum Cantic. Quid videbis aliud, ait, in Sulamie? Nihil quid sanguinem victimarum? Nihil omnino nisi laudes, nisi cantiones præstantium, præla laudantium, quod suavissimum, quod verè est pulcherrimum legitur hoc solum in Evangelio videndum, ac providendum est secundum fidem Patrum, ut sint chori castrorum, chori in una fide dicendo id ipsum.

QUESTIO XXXIX.

Quare animalia dabant gloriam, & honorem viventi in sæcula sæculorum?

Animalia dabant gloriam Deo ut immortalis, non solum quia ipse perenniter erat victurus in se ipso, sed etiam, quia omnibus aliis dat vitam, & in hoc sensu communiter, Scriptura loquitur de Deo Plal. 35. n. 10. Apud te est fons vitæ, quæ præfata verba non solum indicant Deum vivere, & perpetuè esse victurum, sed ab eo omnes vitam ducere, non solum præsentem, sed etiam futuram, non solum naturalem, sed etiam spiritualem.

Cum ducturus esset Iosue per medium Iordanis populum sicco pede, Sacerdotes monent in aquarum prima extremitate consistere, & populum certissimum facit, quod ex illo transitu magnam exaltationem ac utilitatem percipiet, dicens: In hoc scietis quod Dominus Deus vivens in medio vestri est. Iosue 3. numero 10. Et cur in hoc eventu non dicitur quod Dominus ostendatur fortis, potens, omnipotens, ut passim habetur in Scriptura Genes. 28. ait Iacob Deus omnipotens apparuit mihi in lucta. Exod. 15. Dominus quasi vir pugator omnipotens nomen ejus. Sic passim in Scriptura inter magnas Dei operationes potius vocatur omnipotens, fortis, quam vivens. Cur modò in hoc Iordanis transitu insigniter dicitur vivens; In hoc transitu adumbrabat Dominus aquas Baptismi Christiani, quarum proprium est reddere homines vivos, inde merito ipse vivens prædicatur ac celebratur, quia per aquas vitam hominibus negotiatur ac eis communicabat, quod solum a perenni vitæ fonte provenire poterat. Ad hoc respicit D. Zeno lib. 3. de Baptismi fonte, serm. 24. Et cum omnium aquarum natura sit talis, ut cum in profundo homines susceperit vivos, evomat mortuos: aqua nostra suscipit mortuos, & evomit vivos, ex animalibus veros homines factos, ex hominibus in Angelos transivos.

Ait Deus per Oseam. 14. n. 6. Ero quasi ros Israel, germinabit sicut lilium, & erumpet radix ejus, ut Libani. Ibunt rami ejus, & erit quasi oliva gloria ejus, & odor ejus ut Libani. Convertentur sedentes in umbra ejus: viventi vitæ. Ex quibus præclare argumentatur D. Cyrillus Alexand. lib. 1 in Usai. oration. 3. debere esse apud fideles triticum, quod intrinsecè in se vitam continet, quando illam hominibus largitur. Sic ait Sanct. Pater; Nos qui per fidem ad sacrificacionem vocati sumus, panem habemus, panem in-

Et 3. quam

Quarto Anbertus: Dabunt gloriam, & honorem Deo, uno corde ac ore. Tunc verè Deus honorificatur ac glorificatur a nobis, quando concordia animo ac charitatis nexu ipsum laudamus. Sic dicitur Dan. 3. n. 51. de pueris in fornacem ardentem. Tunc hi tres, quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deo in fornace dicentes. Benedictus es Domine. O quam placibilis, quamque grata est concors multorum laudatio in Deum, multumque etiam efficac. Sic ait D. Cyprian. Orat. Dominica dum ponderat citata trium puerorum verba. Torquetur quasi ex uno ore, & idcirco orantibus suis imperabilis, & efficac sermo. Post transitum maris rubri, postque ibi suffocatos Aegyptios, quos Israelitæ viderant mortuos in littore: Tunc cecinit Moyses, & filii Israel carmen hoc Domine. Exod. 15. num. 1. Car non magis obtulit Moyses arietes in holocausta, ut fecit Noè transacto diluvio, Genes. 8. num. 20. quam cecinit carmen, cecinit Moyses, & filii Israel. Ubi est concors multorum in Deum laudatio, longè præstantior ac gratior est, & efficacior cunctis alietum holocaustis ac peccatis sacrificio. Exultans spiritus clamat Cantic. 7. num. 1. Quid videbis in Sulamie nisi choros castrorum, Sulamitis hæc, synagoga nempe, antiquitus magna holocaustorum, & hostiarum multitudinem abundabat, quibus singulis diebus Deum honorabat; quorum omnium quasi immemor sponsus dam illam ad se convertam vider; unum hoc proponit in ea omnibus mirandum, quod choris castrorum repletur. Et cur in illa non se exhibebunt potius agnorum millia, seu turturum, & columbarum ac arietum, & vitulorum ac suffocum pretiosissimorum iogens copia? Cur iis prætermis, chori magis supra modum admirandi proponuntur? In choro est multorum consors laudatio, qua Dei magnalia tolluntur, & celebrantur, quæ longè superat universa animalium holocausta; ubi enim Sylvester in Apoca. pp. 1. Tom. 1.